



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. XI. Qualiter accusatore non probante, vel non comparante, reo infamato
de crimine indicenda fit purgatio Cononica?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

accusatoris, non sit necessaria conclusio ad certam pœnam, ut alibi dictum, & evidentiores requirantur probationes in criminalibus, ac major reo concedatur defendendi suam causam libertas, etiam si appareat, eam injustam esse, etiam postquam in causa conclusum est. Quomodo autem contra reos contumaciter absentes in causis criminalibus procedatur, de jure Canonico, ab ea potissimum distinctione dependet, utrum lis contestata fuerit, vel utrum non fuerit; si contestata jam fuit, potest communiter contra reum contumaciter absentem, si de delicto liquet, ad sententiam condemnatoriam procedi, si sententia in absentem executioni mandari possit, prout est sententia privationis, depositionis, suspensionis ab officio, &c. Si verò lis contestata non fuit, vel non liquet de delicto, nec ad testium receptionem, nec ad sententiã condemnatoriam procedi potest, ne pars inaudita condemnetur, sed per excommunicationis censuram ad comparandum cogi potest; & si intra annum non comparuerit, pro convicto habebitur.

§. X.

De effectibus accusationis, & pœnis Reo imponendis.

Prin cipalis effectus est accusationis, ut reo legitime convicto vel ordinaria pœna, & certa, à jure statuta, vel alia condigna, arbitraria, & extraordinaria, per judicis sententiam condemnatoriam infligatur, prout variae pœnæ hoc etiam titulo pro variis delictis feruntur; ubi in *c. Omnipotens 4. h. t.* etiam ille effectus pœnalis accusationi refertur, quòd ac-

cusatus, vel denunciatus, ad honores seu dignitates promovendi non possit, si deinde sint illæ Ecclesiasticæ, in sæculares (cùm ex tali accusatione, vel denuntiatione, saltem existimatio de hominis sit gravata) nisi per ipsum non steterit, quominus per annum casus de cisa fuerit, hoc enim in casu postquam promovendi potest.

§. XI.

Qualiter accusatore non probante, vel non comparente, reo negante de crimine in absentia sit permissio Canonica?

Vide de hoc *c. Accusatus 27. h. t.* & quæ infra tit. 3. 4. de perjurantia Canonica dicentur.

§. XII.

Quibus modis tollatur & extinguitur accusatio criminalis?

Tollitur primò per persequutionem post elapsum tempus viginti annorum, à die commissi criminis, quo tempore regulariter & ordinatè proceditur omnis accusatio criminalis, si delictum semel patratum, totam persequutionem, & non habeat continuationem, uti habet crimen hæreticæ, & postaliæ, matrimonii contra SS. Canones contracti, &c. quibus in casibus per scriptio locum non habet, nisi à tempore cessantis criminis.

Secundò extinguitur accusatio criminalis per mortem accusatoris ante litem sententiam, ita ut heredes eam persequi non possint, sed iudex tantum ex officio.